

10

7a

AVGVSTINI Niphi Philosophi

Suessani de falsa diluuij prognostica

tione, quæ ex conuentu omnium

Planetarum, qui in Piscibus con

tinget anno. M. D. XXIIII

diuulgata est, Libri tres ad

Carolū primum diuiz

no afflante spiritu

Cæsarem, sem

per Augu

stum.



AUGVSTINI NIPHI PHILOSOPHI SVESSANI

de Falsa Diluuii P rognosticatione, que ex conuentu
omnium Planetarum, qui in piscibus continget

Anno, M, D, XXIII, Diuulgata est, Li-

bri tres ad Carolum primum, diui-

no afflante spiritu, Cæsa-

rem semper Au-

gustum,



Arthorū reges, vt auctor est Amieus, Sine mu-
nere salutare nemo poterat, ego vero glorio-
sissime Imperator, cum tuarum virtutū spem
magnam confy dero, inclitam tantorum tuo-
rum Cæsarū seriem quæ non potest Cæsaream
non redolere magnanimitatem, cæteras na-
turæ dotes, vt sublime tuum ingenium, Cor-
poris pulchritudinem, summam (vt aiunt)
charitatem, religionem, ac vitæ instituta, qui-
bus inter ætatis nostre Principes vel imprimis
audio te illustrem esse, tuam ad imperii fasti-
gium diuino afflante spiritu, celebratam eles-

tionem, nulla ratione adduci possum, Vt non te amem, venerer, ac ado-
rem, cæterum ne sine munere ad te veniam, nec vacuis (vt aiunt) manib⁹,
cellitudinem tuam sim adoraturus, Libellum, quem de falsa futuri dilu-
uii prognosticatione inscripsi, tibi dedico, nam cum auctor Ephemeridis
in tabula anni, M, D, XXIII, ex conuentu omnium planetarum, qui
eo anno contingit in Piscibus, vniuerso fere orbi, regionibus, regnis sta-
tibus, dignitatibus, brutis, beluis marinis, cunctisque terre nascentibus
indubitata mutationem variationem, alterationem prædixerit, & qui-
dem talem, qualem a pluribus sæculis, ab historicis, aut natu maioribus
vix percepimus, per ora vulgi diuulgata est futuri diluuii præfagitio, q̃
vniuersum orbem adeo perterruit (vt multis) immo excellentibus viris,
donec annus ille abierit, vita infauista sit, Vnde fit, vt quidā magnos mō-
tes scandere decreuerint, Alii archas vñ naues conficere Alii alias machi-
nas, vt e tanto diluuiio liberentur, vt ergo tot gentes a tam graui terrore
securas reddamus, libellum hunc elaborauī, quem cellitudini tue dedico
vt in tanta communi omnium hominum hilaritate, quam in hac diui-
na tua electione omnes celebrāt, te visitem, venerer, adorē, ac cum cæteris
(vt decet philosophum) conlaxer, Tum quia quod publicatur, etsi per se
non vnq̃ leue est, primario tamen viro dicatum aliquantulum auctorita-
tis capit, Placida ergo manu Cæsar inuictissime elucubratiunculam hanc
accipe, valeat tua cellitudo, & diu fœlix,

Opinio vulgaris ex conuentu Planetarum in Piscibus
deducta de futuro Diluuiio, Cap. Primum,



Vlgaris itaque opinio de futuro Diluuiio, ex conuentu oim Planetarū in Piscib⁹, ex verbis auctoris Ephemeridis exorta ē, Cū em̃, xxvi, illarum coniunctionum aqueum signum pos-
sidere asserat, exorta est vulgaris opinio, q̃ illa diluuiū portendāt, Præterea alteratio om-
nibus mortalibus communis esse non potest, nisi aut cataclysmus, aut conflagratio, Cū igit̃ ex illo conuentu auctor asserat communē om-
nibus alterationem esse futuram, videbitur eē aut Cataclysmus, aut conflagratio, Accedit, q̃ auctor velit esse alterationem talem, qualem non audiui-
mus a maiorib⁹, ergo erit diluuium maius illo Noetico, aut conflagratio maior illa Phaetontis Ex his diuulgata est futuri diluuii præfagitio,

Argumenta astronomica pro illa vulgari de diluuiio futuro præfagitione, Cap. II,

PRO hac vulgari opinione plura Argumenta fieri possunt, primum quidem, quia maiores affectus in maiores causas reducuntur, Sed cataclysmus, vel conflagratio est maximus omnium effectus, & conuentus ille est maxima omnium celestium causarum, ergo ex illo conuentu non nisi ille effectus proficiscetur, Quod quidem Cataclysmus vel conflagratio sit maximus omnium effectus, ex eo patet quia est alteratio, qua omnia mortalia alterantur Quod vero talis Planetarum conuentus sit maximus, probatur primo, quia in eo sunt plane-
tæ maximi scilicet Saturn⁹ & Iupiter, Secundo quia sunt cæteri planetæ saltem Plactica coniunctione commixti, quare si duorum coniunctio est magna, omnium coniunctio erit maxima, Præterea coniunctio planeta-
rum est causa generationis & corruptionis, vt Ptolemæus inquit in Li-
bro centum enunciatorum, Ergo maxima coniunctio, qualis nunq̃ fuit, erit causa maximæ generationis & corruptiōis, quales nunq̃ fuerunt. At
tales, non videntur esse, nisi diluuiū & conflagratio, Præterea cōiunctio
planetarū pro ratioe signi, in quo est significat, vt Albumasar auctor est,
Quod etiam Messahallus approbat Libro de coniunctionib⁹, Cum in-
quit, cum fuerit cōiunctio in signis aquaticis, significat pluuiarum detri-
mentum, ac multitudinē, Astipulatur huic experientia, nam vt Albuma-
sar asserit coniunctio Saturni & iouis in Cancro q̃ diluuium præcessit an-
nis, cclxxxvii, Significauit diluuium, Modo cōstat Cancrum esse signū
aqueum, & de aquea triangularitate, Ergo simili ratione Piscis cū sit de
eadē aquea triangularitate, idē portendet, Accedit ad hec auctoritas oim
eorū, qui de aeris mutatiōe scripserūt, Oēs em̃ tradiderūt Saturni & io-
nis cōiunctiōē i igneis signis ingrediēs, magnasque siccitates significare,

In humidis vero continuas aquarū inundationes, & provincialia dilu-
 uia. Præterea diluua particularia contingunt, vt Aristoteles asserit in
 fine libri primi Meteororum, & non a motu solis in anno, nec a motu
 lunæ in mense, ergo a motu cæterarum stellarum, qui cum motibus solis
 aut lunæ contingunt, Videtur autem fortior vis in coniunctione stella-
 larum sita, q̄ in altera stella sola, Ergo diluua potius a coniunctione stel-
 larum proficisci videntur q̄ ab altera stella tantum, Coniunctio autem
 non habet vim nisi talem, qualem habet in signo, At cum Piscis signum
 aqueum sit, videbitur aquas maximas portendere, Hæc sunt Astronomi-
 ca argumenta, quæ ex aliis Astronomis colliguntur,

Argumentum fortissimum ex his quæ Ptolemæus asserit pro diuul-
 gata illa prognosticatione de diluuiio futuro, Cap. III,

Quoniam nonnulli, & quidem sapide, asserunt coniunctionem
 effectum esse exilem nisi coniunctionibus astipulentur eclipfes
 vt Ptolemæus clarissime asserit, Iccirco harum coniunctionum
 effectum magni faciemus si lunarem eclipsim perlibrabimus,
 quæ futura est a. n. M. D. XXIII, die Augusti, XXV, horribili fere, Hoc
 enim cum conuentum illum precedat, & quidem in eo signo, in quo cō-
 uentus futurus est, scilicet in piscib⁹ fere partiliter, & vt patet illius ecly-
 psis effectus perdurant vsque ad cōiunctionum tempus, fit vt cōiunctio-
 num effectus non solum grandes censendi sint, sed maximi, sunt em̄ per
 missionem eclipsiū corroborati, Vñ Arabs Ptolemei interpres libro secun-
 do Apotelesmatum inquit, Cum accidit eclipsis magna, & cum illa, vel
 intra tpa significationum illius acciderit Saturni & Iouis coniunctio,
 proficiscetur effectus maximus, Cuius causam asserit, quia ex coniunctio-
 nis virtute, & ex virtute eclipsis, cōponitur quædā virt⁹ maior vtraque
 virtute seorsum, Cū ergo coniunctiones illæ post eclipsim contingentes,
 in eodem signo fere partiliter eueniant, & quidem temporibus signifi-
 cationum illius non de infinitis, immo forte non dum inchoantibus,
 illarū effectus maximus existimandus est, Sed cum non videatur alius
 effectus, q̄ diluuium, non ergo ab ratione diuulgata prognosticatio exor-
 ta est de futuro diluuiio, Quod argumentum apud me validissimum est,
 Si quidem aut coniunctiones stellarum habent per se validissimas virtu-
 tes, aut ratione eclipsium, Si quidem per se, cum in signis aqueis nunq̄
 plures comperte sint, in quibus maximas vires exercebunt, Sin autem ra-
 tione eclipsium, cum illas duæ lunares eclipses præcesserunt, quarum vl-
 tima est illis pollenter commissa, etiam vires in aqueis pollentes habe-
 bunt, Hoc enim (vt arbitror) est potissimum argumentum,

Argumentum mixtum ex veritate Theologica, & veritate Astrono-
 mica pro eadem prognosticatione, Cap. IIII,

Post hæc autē huic vulgatæ opinioni fauet ratio mista partim, scia-
 licet ex his, quæ Theologi, partim ex his, q̄ astronomi asseruerūt,
 Secundum astronomos quidem, nam diuulgatum est in omni
 Astronomia, nunq̄ diluuium factum esse quin aliqua cœlestis cō-

iunctio vñ dispositio illud effecerit, cui Aristoteles clarissime ascriptum
in fine primi libri Meteororum, dum asserit fieri diluuium, quoties res
dierit virtus illa cœlestis quæ magnam illam hyemem fecit, Vbi Alexan-
der optimus Aristotelis interpres asserit fieri magnam illam hyemem,
cum venerit tempus eo fato dispositum, quod vim habet hyemem efficia-
endi, Quare accipiamus nunq̃ diluuium factū esse, quin constellatio præ-
cesserit illud potens efficere, Talem vero constellationē, omnes qui eue-
tus astrorum obseruarunt, constituerunt in aqueis signis, hoc ex astrono-
mis, Ex theologis vero accepim⁹ Primo q̃ licet diuina potestas agere pos-
sit non concurrentib⁹ causis secundis, sublunares tamen effectus nō agit,
nisi secundis causis ad illos concurrētibus, potissimum cū ad illos sub-
lunares effectus concurrere possint secūdx ip̃x causæ, hoc Augustin⁹ non
negat, et Albertus in eo libro, quem de proprietatib⁹ elemētōrū scripsit
apertissime fatetur, Secundo accipiamus diluuium factum esse a deo po-
tissimum propter malitiam hominum, Vnde Moyses in genesi inquit, Vi-
dens autem deus q̃ multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogi-
tatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eū q̃ ho-
minem fecisset in terra Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis
intrinsecus, delebo inquit, hominem, quem creauī a facie terræ, ab homi-
ne vsque ad animantia, a reptili vsque ad volucres cœli, Poenitet em̃ me
fecisse eos, & paucis interpositis, inquit, cū vidisset deus terram esse cor-
ruptam, omnis quippe caro corruerat viam suam super terram, dixit ad
Noe, finis vniuersæ carnis venit coram me, Ex his omnibus patet homi-
num malitiam causam fuisse diluuii, His itaque acceptis, patet diluuiū
oīno esse futurum, Ad sunt em̃ omnes cause in primis quidē adest homi-
num tanta malitia, quanta aut nunq̃ fuit, aut si fuit, maior non fuit, ad-
sunt em̃ principum importunæ tyrānides, scelestissimæ gubernationes,
ducum ac imperantium iræ, Ad sunt indomiti impetus, rixæ, contentio-
nes, Truculentissima bella, Tumultus, Seditiones tum ciuiles tum belli-
cæ ac militares, animorum intemperatissimi motus, rapine, opprobria,
cōtumeliæ, cædes, furta, mortes ex gladio, Ad sunt incæstus, sacrorū pro-
fanationes, ingenuarum mulierum violationes, atque infames rapine,
legum prostrationes, Ciuium morum abusus, Principes, & qui gubers-
nant, iura negant, iura publice vendunt, iura pessundant, diuinas leges
profanant, adsunt qui diuina oracula contemnunt, ac nulli faciunt, ad-
sunt & qui sorores & cognatas, & filias cognoscunt, Ad sunt insuper aut
quæ nunq̃ fuerunt aut non maiora visa sunt, Quod quidem igitur absit
hominum malitia ex hisce constat, Quod vero absit, cœlestis causa ex
astronomicis patet, Si qua em̃ causa diluuii est non nisi cœlestis disposi-
tio in aqueis signis esse potest, Talis tunc erit, adest enim conuentus tot
planetarum in aqueo signo lunari eclypsi sic partiliter roborata, vt sit di-
cere, talis, qualis nunq̃ fuit, aut non maior, Quibus pollentissime fit, vt
futurum diluuium non vi illius conuentus tantum, Sed vi humani sce-
leris, quod hodie sic pollenter cernitur, sit diiudicandum, Hoc argu-
mentum me perterret, me trahit, me inuoluit, me denique omnino con-
uincit,

Eiusdem Augustini, de falsa futuri diluuii prognosticatione, Lib, II,
Prooemium,

HActenus de vulgari opinione diluuii, superest vt illam refute-
mus, nam licet rationibus fortissimis sit a nobis comprobata,
tamen non est penitus asserenda, & vbi pro parte vera esset, eos
qui nobiscum quadratē Italicū incollunt, liberabimus a tā-
to terrore, seruabimus autem ordinem, nam primo aliorum refutatio-
nes assignabimus, deinde illis repulsis nostras subiiciemus,

Contra falsam futuri diluuii prognosticationem argumenta quo-
rundam, Cap, primum,

Contra ergo falsā eiusmodi diluuii futuri prognosticationē emer-
git Primo argumentum, q̄ ceteris stellis præter solem et lunā pa-
rum, aut nichil tribuendū est, Vnde Aristoteles in libro de signis
temporum, Inquit, maxima autem ac principalissima signa sunt
e sole et luna, quāquidē luna nocte quasi sol est Nec ratione caret, Agūt
enim stellæ in nobis luminibus, motibus vero, quatenus per motus lu-
mina ad nos feruntur, At videmus respectu nostri in cæteris stellis parū
aut nihil lucis esse, vel non tantum, vt Alterationem ab illis sensibili-
ter mutuemur Orto, n, Saturno in nostro hemispherio, frigiditatē ma-
iorem q̄ erat nō sentimus, nec orto Martē, caliditatem, At orto sole, nec
mo negat maiorem calorem, fieri in nobis, q̄ erat, orta quoque luna eti-
am patet calorem fieri maiorem, Percipimus enim in plenilunio no-
ctes esse calidiores, In interlunio minus calidas quæ ratio docet eiu-
modi stellas factas esse potius ad ornatum, q̄ ad causalitatem rerum, Ex
his patet conuentum illum parum aut nihil significare, qd̄ est argumē-
tum peripateticū, & Theophrastus ipm non negat, nam si stellæ illæ pa-
rum, aut nihil agunt, conuentus ille non videtur tantus esse, vt diluui-
um faciat, Emergit Secundo argumentum, q̄ in omni cōiunctione siue
stellarum, siue luminarium, consideranda est natura stellarum simul cō-
sistentium, tum erraticarum, tum fixarum, ac etiā simulacra coorientia
& secundum hæc pronuncia, vt Ptolemæus iubet libro, ii, apotelesma-
tum, vt nos in primo de nostrarum calamitatum causis exposuimus,
Cum igitur in tali Iouis & Saturni cōiunctione in Piscib⁹ casura Mars
ipse consistat, qui vbique calorem & siccitatem intendit, fit vt saltem
Martis impedimento, diluuium plene ex illa coniunctione non sequa-
tur, remittet enim Mars multam illius coniunctionis humiditatem,

enunt, ii,

Refutā primū Argumentū, & declaratur quō alie stellæ agūt. Ca, II,

Sed primum argumentum videtur omnino friuolum, si a quinque
stellis, cæterisque non errantibus subtrahatur vim omnem Ptholema-
is, n, in prooemio apotelesmatum virtutem esse in aliis stellis nat⁹
est ex eo, quia si cum sole fuerit Mars in Cancro, vel Leone æstiuum
calorem præter modum intēdit, Sin autem cum sole fuerit in Capricor-
no, vñ Aquario, magna ex parte hyemis frigiditatem remittit, Præterea
si cum sole in Cancro vel leone fuerit saturnus ipse, æstiuum feruorem fa-

tis admodum refrangit, Sin autem in capricorno vel aquario, hyemis
 frigiditatem nimis adauget, idē & in cæteris experiri potest, Quæ ratio
 docetur, vt Anonymus Ptolemæi interpretes inquit, vt mars calefaciat
 & excercet, saturnus infringidet, colligatur, Præterea in primo apoteles-
 matum alio modo Ptolemæus stellis quinque virtutes inesse venatur,
 cum inquit, & deprehenduntur vires in hac, & in reliquis per observa-
 tiones illas, que fiunt in figuratiōibus, quas habet luna cum sole quādo
 hæc quidem sic aliæ vero aliter continentis habitum secundum magis &
 minus mutare videntur, Videmus enim qualitates mensium non semp
 æquales, ac vniformes, Sed modo sic modo aliter a lunationibus ipsis
 proficisci, Sed cum hæc differentia a lunationibus ipsis nasci non possit
 sunt enim omnes æquales, iure a differentia dominantium st. Harum vi-
 debuntur proficisci, at nisi stellæ vires habeant, & quidem differentes
 non poterit mensium differentia qualitatū exoriri, Simili ratione &
 a differentia annorum idem nascisci poterimus, vt Alexander autumat
 Si quidem anni nec æquales omnes, nec similes habentur, Solis autem
 modo singulis ānis semper æqualis est patet, igitur stellis aliis inesse vir-
 tutes pprias præter luminū qualitates, Vtrū vero virtutes hæc aliis stel-
 lis insint p̄supposita luminū actione, an p̄ se, diligētissime disputauimus
 lib, de nostrarū Calamitatū causis, iiii, Nunc vero nobis satis sit verū esse
 quod Ptolemæus asserit Libro centū enūciatorū, cum inquit ne p̄termi-
 tas, cxix, Coniūctiones, In his em̄ posita est cognitio eorū q̄ fiunt in mū-
 do, & g̃nationis, & corruptionis, Vbi patet eū ab hoc cōiūctionū nume-
 ro excepisse luminare synodos, vt eo libro declarauimus, Cum vero dice-
 batur orto in nostro orizonte aut Marte, aut Saturno nullā nos sentire
 ab illorum altero alterationem, hoc signū est illos non esse intensæ actio-
 nis, Nos em̄ alterati a maiori alterante, alterationē a minori non senti-
 mus, verū modus, quo alterationem ab illis factā nos sentiamus, expo-
 situs multipliciter, vel ex differentia qualitatū lunationum, vel ex dif-
 ferentia temporū anni, vt dictum est, Sic igitur licet via illa alterationē
 non perceperimus, satis nobis sit posse eam alia via percipere, Quod qui-
 dem igitur virtutes cæteris stellis insint, ex hisce perspicuum,

Enuntia-
 tio Pri-
 mo,
 Enuntia-
 tio libro,

Refutatur secundum Argumentum, & declaratur, quomodo Mars
 diluuium non tollat, licet minuat, Cap, III,

Quod vero secūdo loco cōtra falsam futuri diluuii p̄gnosticatio-
 nem assumebatur, verum est, Sicut em̄ siccum in mistura elemē-
 taria remittit humidum, & calidū, frigidum, ita quoque in illa
 cœlesti mistura stella sua qualitate remittit virtutē alterius stel-
 læ sibi cōtrariæ, Mars em̄ mistus Soli in Capricorno, & Aquario remit-
 tit hyemem, Saturnus auget, Si ergo futurus stellarum conuentus in Pi-
 scibus diluuiū portendit, cōmissione Martis, non ita magnū, nō ita fu-
 sum significabit, Demet ei Mars de illi⁹ magnitudie plurimū, Vñ & Pto-
 lemæus Libro apotelesmatū, ii, inqt, vnaq̄que erraticarū in sua simplici-
 tate cōstituta, q̄ sibi ppria erūt suscitabit, At alteri cōmissa v̄ ob cōfigu-
 ratios ipsi⁹, vel signorū, alternas collatiōes, vel ob cū Sole applicatiōes,

analogice quoque & in effectiōibus contemperatiōem missam accipi-
ens excommunicantium naturis idiotropiam quoque circa euentum va-
riam efficit, Quæ ratio docet Martem diluuium futurum non omnino
tollere, sed de eius magnitudine plurimum demere, Argumēta ergo hæc
& si diluuium minuant diluuium penitus non tollunt,

Argumentum Aristotelis & cæterorum peripateticorum nec non &
mosis contra falsam futuri diluuii prognosticationem, Cap, IIII,

Post hæc est naturale argumentum contra falsam hanc diluuii pro-
gnosticationem, Vbi accipiendum primo est, plutā non esse aquā
nisi præcedat aqueorum corporum diminutio, atque existio hoc
Aristoteles probat, ex eo, quia nisi vapores subtolantur, & ad me-
diam regionem congregentur, & quidem in forma vaporosi aeris pluuia
fiet nunq̃, non possunt vapores subtolli, nisi aquea corpora in vapores
conuertantur, vbi autem humida corpora in vaporosum aerem conuer-
tunt, ipsa minui, ac exiccare necesse est, quare si pluuia sit, necesse ē aqueo-
rum corporum diminutionem, ac excretionem precedere, Hinc secūdo
sequitur quanto maior futura est pluuia, tanto debere diuturniorē atque
maiorē aqueorum corporum ac humidorum precedere diminutionē
immo in terra fieri pollentiorē arefcētiā, Hic Aristoteles meteororū secū-
do asserit estatem siccam esse, quia Sol ipse regioni propinquus vapores
sursum trahit, illosque conseruat sursum, non quidem in vaporum forma
Sed in aeris forma, in quem conuersi erant, hyeme vero, cum e regione re-
cedit, aerem vaporosum illum inspissans, in pluuiarū forma eos demitte-
tit, hinc astipulatur experientia, videmus enī post annum siccum, sequi
alterum pluuiosum, & post pluuiosum, siccum, p̃terea, post autūnum sic-
cum hyemem sequi pluuiosam, & econtra, & generatim semper post altē-
rum tempus humidum alterum siccum, & econtra fieri cernimus, Causa
autem quia oportet si pluuiosum sequitur, siccum precedere, & si siccū an-
tecedere humidum. Cum enī humidum sursum ducitur, deorsum redit,
aliter non seruabitur elemētorum equalitas, humidum quoque deorsum
latum, oportet iterum sursum reuerti, non enī natura diu inequalitatem
elementorum tollerare potest, patet igitur fieri non posse pluuiarum ex-
cessum, nisi excessus siccitatis, & tēpore, & magnitudine antecedit, Qd
Aristoteles & Alexander in secundo meteororum clarissime approbāt,
Ex his physicum argumentum, & quidem validissimum colligitur, Si
diluuium vt dicunt futurum sit, & quidem in tanto excessu, in quāto ab
historicis nūq̃ fuisse proditum est, necesse est precedere tātā arefcētiā,
atque aquarum diminutionem, quantā ab historicis, aut natu maior-
ibus vix percepimus, Modo hāc nec videmus nunc, nec futuram esse ex
Cœli constitutione aliqua cernimus, Constitutio enī cœli, quæ talem sicc-
itatē efficeret esse non poterit nisi Iouis & Saturni coniunctio in igneis
signis Marte illi fauente, vt Albumasar, & Misahallus autumāt Modo
nullam talem antecedere videm⁹, Hinc illud Mosis additur, Genesis enī
primo inquit, Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœdē-
ris inter me & terram, quumque obduxero nubibus cœlum apparebit ar-

cus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei, quod pepigi vobiscum quod non erunt vltra aquæ diluuii ad delendam vniuersam carnē, in quibus verbis historiarum auctor Petrus cōmestor scribit Noam, (Cum maxime timeret, ne aquæ diluuii super terram iterum inundarēt, quottidie deum orasse ne hoc faceret, Et vt Iosephus refert, pepigit fœdus domin⁹, qđ vltra non faceret diluuium, & in huius fœderis signum, arcum suum in nubibus collocauit, vt duorum signum esset iudicii, s. per aquā præteriti ne timeatur, & futuri per ignem vt expectetur, hunc habet duos potissimum colores, duasque principales naturas, cœruleum quidem, qui Index est aquæ naturæ, rubrum vero, qui index est igneæ substantiæ, subdit deinceps, & tradunt sancti, xl, annos ante iudicium non videri arcum, Quia, vt dicebamus diluuium non fit, nisi aeris summa præcesserit siccitas, vbi autem aeris est excellens siccitas, deficit & æquei pars, ex qua arcus constat ea autem deficiente non fiet arcus quare si diluuium futurum est & quidem pollens necesse est multo tempore ante arcum nullum fieri, deleta enim erit ea arcus pars, ex qua cœruleus color apparet, Simili ratione si conflagratio futura est, necesse præcedere excellentem humiditatem, vbi pcedit humiditas in aere excellens, deficit ea arcus pars, scilicet ignea, e qua ruber color videtur, Quare si diluuium tam ingens, tam vastum, tam excellens futurum est, nec nunc, nec multis annis ante arcus visus esset, cuius contrarium experimur, nō ergo vulgata futuri diluuii prognosticatio physica ratione probatur,

Refutatur hoc physicum Argumentum, & declaratur quomodo signum ab arcum sumptum intelligitur, Cap. V.

SI quis autem Physicus diluuium provinciale defendere voluerit dicere eum oportet. Aliter esse de siccitate, quæ præcedit provinciale diluuium, aliter de siccitate, quæ præcedit vniuersale diluuium, nā provinciale diluuium fieri potest in aliqua regiōe in qua ingens siccitas non præcedet, primo quidem, quia cœlestis constitutio, quæ in ea regiōe diluuium ministrat, aerem eius regionis inspissabit sua cœlesti frigiditate regionem illam respiciente, per accidens vero aliarum regionum aerē rarefaciet, non ergo oportet in provinciali diluuiio præcedere siccitatem in ea regione vbi illud futurum est, sed satis est vt præcedit via rarefactionis in aliis. Præterea poterunt congregari vapores ex aliis regionib⁹ in ea regione in qua futurum est diluuium vi cœlestis constitutionis diluuiū significantis, vel propter ventos, vel aliis causis, Ergo in provinciali diluuiio siccitas, quidem præcedit, non tamen in ea regiōe, in qua futurum est diluuium, in vniuersali vero diluuiio oportet vniuersalem siccitatē antecedere, oportet enim ex omnibus terrenis aquis aerem fieri vaporosum, si tantus imbrium excessus futurus est, ergo oportet vniuersalem siccitatem præcedere, Quam rem Diogenes, & Anaximanes balbutire vident, Dum post totius terræ inundationem siccitatem totius sequi asserūt, & econtra, Post siccitatem totius, etiam totius inundationem semper vicissim fieri autumant Argumentum ergo Physicum vniuersalis diluuiū tollit provinciale vero nequaquā Simili ratione de Arcu ante enim diluuium

vniversale, nullibi fieri arcum oportet ppter vniversalem defectū humi-
di, potest aut fieri provinciale diluuium in aliqua regiōe, Vbi non opor-
tet naturam humidam deesse, quia illic non oportet siccitatem precede-
re, sed vel in aliis regionibus, rem hanc notāt verba diuinę scripturę, nō
erunt (inquit) aquę diluuii vltra ad delendam vniversam carnem cuius
signum est, factum esse provinciale diluuium nō semel (vt dicemus) nūq̃
tamen defecisse Arcum Hinc patet cōclusionem prospectiuz, quę est iris
cataclysmum excludit, esse intelligendam de vniversali cataclysmo, pa-
tet ergo nec Physicum argumentum, nec diuinum signum excludere fu-
turum diluuium penitus,

In vera futuri diluuii reprobatione qualis ordo seruādus sit, Cap. VI.

His igitur rōnibus penitus elisis, p vera futuri diluuii reprobatio-
ne primo accipiamus suppositiōes quasdam quasi propositiōes,
deinde ex hisce deducem⁹ cōtra vuulgatā diluuii pgnosticationē

Prima suppositio q̃ diluuiū duplex sit, & vtrūque duplex, cap. VII.

Prima igitur suppositio sit nobis, quasi ab omnibus etiam conces-
sa q̃ tam & si diluuium pprie excessus imbrium atque aquarum
multitudo est, tamen fuso verbo aliquādo pro excessu ignis in ter-
ra, qui cōflagratio dicitur, aliq̃ pro excessu imbriū, qui gręce ca-
taclysmus, latine diluuiū dicitur, accipi cōsuevit, Et vtrūque horum du-
plex, alterū per vniversam terrā vniversale, quod veteres mundiale, grę-
ce comiscum appellarunt, Alterum provinciale, quod gręce choristicon
latine secundum aliquam terrę regionem particulare appellatur,

Quod cataclysmus aliquando fuerit, & conflagratio, & quales ali-
quando fuerint secunda suppositio, cap. VIII.

Secunda vero suppositio est, q̃ aliq̃ fuit cataclysmus, aliq̃ etiā con-
flagratio, Quod quidem aliq̃ cataclysmus fuerit, Aristoteles libro
de Problematum, & libro Politicę secundo, & libro de Mundo apertissi-
me concessit, Plato vero in Timæo, & libro de legibus, & alibi non
semel affirmavit, Vnde Aristo. Meteororum libro primo ex hoc pbauit,
quia maria & flumines ex diluuiorum reliquiis factos esse asserit, Mutarias
quę terram de arido ad mare propter diluuium, quod in ea cōtingit, ex
cuius reliquiis, quid erat aridum, relinquitur mare, atque fluuiatile, Hoc
aliq̃ fuisse Peripatetici asseruerūt, Et Theophrast⁹, Alexander, & Aue-
roes, Pręterea historię narrant, & de eo, quod tempore Deucationis, &
Pyrrhę in Thessalia fuit, & de eo quod in Achaia & Bęotia sub ogige,
& de aliis cōpluribus, quorum historici meminere, Quod autem aliq̃
conflagratio fuerit, testatur Aristoteles in libro Meteororum primo &
in libro de Mundo de ea exustione, quę fuit sub Phaetonte, de qua in li-
bro de mundo non fabulam, sed flammam fuisse testatur cœlitus factā,
quę Orientales partes vssit, Pręterea libro Meteororum primo probat
aliquam regionem posse in tantum exsiccari, exurique vt penitus desera-
tur, Plato vero in Timæo conflagrationem asserere videtur propter So-

Partien-
la, x. pro
blemate,
xv,

lis & Stellarum exorbitationem, Quod igitur diluuium & conflagratio aliquā fuerint ex hisce perspicuum est, Sed quale nam diluuium fuerit qualisue conflagratio, a sanctis historicis habemus, fuit enim sub Noe cosmicum ac vniuersale diluuium supravniuersam terram particularia quoque plurima, sub pluribus regibus, & in diuersis regionibus, Primū diluuiū affirmarunt Masea Phœnix, Berosus caldæus Hieronym⁹ & Manethon ægyptii, & Noses hebræus illud quidem Antonomastice terræ inundationem absolute nominarūt, quia vt aiunt, omnes terras subruit, Prouincialia vero plura fuerūt, quæ, quia particulari loco gesta sūt, & sub particularibus regibus a particulari loco, vel particulari rege dicta sunt, Primum quidem nyliacum menstruū sub ægyptiis Hercule, & Prometheo Hoc quidem dictum est nyliacum, quia Nyli inundatiōe, in regione, in qua Prometheus regnabat accidit, Fuit autem hoc post vniuersalem inundationem anno nono, & quingentesimo, & duratiōe parua, quia menstruū & prouinciale, quia in regione Nyli sub Prometheo, Secundum vero acticū in actica græciæ regione, vbi sunt Athenæ, regnante ibi Ogyge actico, Fuit aut̃ illud post illud Nyliacum, vt Berosus & Eusebius dixerunt anno quadregesimo quarto, Hoc fuit particulare loco, quia acticū & sub Ogyge rege, & duratione paruum, quia bimestre, & regione magnum, quia (vt Diodorus siculus in, vi, lib, describit) inundauit etiam omnes insulas hellesponti, & littora Asiæ finitima, Tertiū Thessalium sub Deucalione eius Octogesimo secundo, duratione aut̃ trimestre i hyme, prouinciale aut̃, quia in loco Hellinico, vt Aristoteles inquit, huius etiā Meminit Iuuenalis, cum inquit Ex quo Deucalion Nymbis tollentibus æquor, Nauigio ascēdit montē, sortesque poposcit, Paulatimque anima caluerunt mollia saxa Et Maribus nudas ondit Pyrrha puellas, Vltima inundatio, q̃ notat̃ ab auctoribus, fuit Pharonica, i, Alexandria ægypti, vbi enim nunc Alexandria magno Alexādro cōdita, olim erat insula Pharaon habitata coloniis Pharaonicis, vbi inundatio fuit tpe vatis pmethei sacerdotis, ad quē Paris, rapta Helena, primū adnauigauit, vt Xenophon & Herodotus secūdo historiarū scribūt, Quare hæc inundatio circa Troiæ excidiū videtur facta esse, de qua Lucanus vltimo libro, Tunc claustrum Pelagi caput Pharon insula quondam, in medio stetit, illa mari sub tempore Natis Protheos, At nunc est, pellis proxima Moris, Hæc concedunt pariter philosophi & historici tam gentiles, q̃ sancti primū vero sancti, & pauci Gētilium, Iecirco postea disputabitur de illo, an, s, a causis naturalibus fieri possit, an a Sole diuina virtute, Vniuersalem vero conflagrationem nec sancti nec fideles historici extitisse aliquā asseruerunt, Sed solum philosophorum antiquissimi, qui mūdum generant & corrumpunt inundatione & exsiccatiōe, vt Diogenes & Anaximenes, Isti enim terram aliquā vniuersam fuisse inundatā tradūt, genus quoque humanum interemptum, postea tellurē exsiccari, animas liaque fieri ex putri materia recenti cœlo, cuius sententiæ Euripides & Plato visi sunt esse, Sed particularem sub Phaetonte factam esse & Aristoteles, & plato & omnes affirmant, An vero vniuersalis conflagratio ex naturalibus causis fieri possit, postea disputabitur.

Tertia suppositio Mundi æternitate supposita, particulares inundationes infinitæ fuerunt, infinitæ quoque conflagrationes, æternitate mundi negata, plures inundationes ac conflagrationes esse cōsentaneum est rationi.

Cap. IX.

Hinc non est difficile mundi æternitate supposita, vt Peripatetici affirmant, particulares inundationes atque conflagrationes factas esse infinitas. Quod Alexander Aphrodisius in Meteororum commento ex his, quæ Aristoteles ait, deducit, nā aquosum & aridum referri possunt aut ad Solis motum, aut ad cæterarū stellarū motiones, quæ cum sole fiunt, Siquidem ad solis motum referantur. Cū ille sit æqualis semper æqualia semper erunt aquosum & aridum, quippe quātum Sol accessu imminuit, tantum recessu adauget. Sin autem ad cæteras stellas referantur, Cum illæ & ad se, & ad solem variis rationibus cōfigurari possunt fit, vt altero tempore aquosum arefcat, altero vero adaugeant, Et cum hæc ipsa cœlestis dispositio diu durare possit, dubio pæcul tandem altero tempore totum aquosum exsiccabit, Altero vero tempore contraria illi emergente, aquosum accumulabit, terram ipsam inundando. Quia vero secundum Peripateticos perpetuus est mundus, Hæc mutatio infinities facta est, sicut & eius causæ infinities inuicem subcesserunt. Vbi vero mundus æternus non est, sicuti veritas ipsa iubet, Inundationes & conflagrationes factas esse plures & nos deduximus, & rationi dissonum non est, siquidem in tanto tempore causas illarū redire non semel, rationi dissonum non est.

Quarta suppositio si Mundus est perpetuus, infinitæ inundationes atque conflagrationes fient. Si autem est non perpetuus, plures poterunt esse.

Cap. X.

Non est ergo ex his a ratione alienum infinitas inundationes ac conflagrationes fore. Si perpetuus sit mundus, quia causæ infinities redibunt & quidem Circulo cunctas, vt libro Phisicorum quarto Aristoteles asserit. At vbi mundus non perpetuus sit, licet causæ infinities non redeant, sæpe redire poterunt, quare, & hæc ab illis sæpe proficisci prohibebit nihil.

Quinta suppositio est de causis particularium Cathaclysmorum.

Cap. XI.

Quia igitur provinciales inundationes asseruerunt omnes. Iccirco de causis illarum agendum est, Aristoteles igitur verus naturæ interpret cœlestes causas despiciens, naturales solum rimatur, Iccirco particularis inundationis causam assignauit imbrium excessum. Hic em̄ cū in aliqua regione contingit, illā inundari oportet. Secundam causam asserit aliquando esse abyssum, s. aquarum sub terra grandem exortum. Cum em̄ sub terra aqua multa sit, illa accumulata erumpens terram, tandem regionem inundat, Tertiam asserit Terræmotum. Cum em̄ pluribus diebus Terræmotus in aliqua regione fieri possit fieri potest, vt magnorum flumium Scaturigines, qui in aliqua regio

ne exoriuntur, obturentur & vt nouæ cauernæ fiant quibus repletis agi-
tatu terræ tandē aperiētur, quibus apertis tota regio inūdabitur. Quar-
ta causa est etiam quandoque diuerforum ventorū contrarii afflatus ven-
torum em̄ cōtrarietate magna Maris multitudo accumulari pōt, q̄ tādē
(veto qui a terra spirat) deuicto, regionē inūdabit, vt in Achaia factū esse
testat̄ Aristo. has ergo ex sublnarib⁹ Aristo, vt optimus Meteorologicus
assignauit. Albertus aut̄ pmiscens sublunares causas. Cū coelestib⁹, iunda-
tionē terræ fieri ab argumento Maris coelesti causa facto affirmat. Vnde
libro quem de elementorum proprietatibus conscripsit, Mare augeri ab
ipsa luna, non tamen semper, sed tum vel maxime, cum super aquis, for-
tis fuerit, asserit autem ipsam fieri fortem super aquis, primo quidē, ipsa
lumine aucta fuerit. Secundo cum Mari augendo proxima fuerit, vtpote
cum simul in eccentrici & epicicli partibus imis fuerit. Tertio cum luna
ad eorum apicem appropinquat, que iusta Mare augendum fuerint, vt-
pote de regionibus nostris, Cum ipsa fuerit Septētrionalis, Septētriona-
libus in signis collocata. Quarto cum ipsa super imbrium excessum pol-
lens fuerit, vtpote cum est in aqueis signis, Piscibus vel Aquarii finibus,
& cum Stellis tam fixis, q̄ erraticis Aquam augentibus, quales de fixis
sunt illæ quatuor Stellæ, quæ sunt iusta Aquæ effusorem, aut Pliades cū
em̄ hæ causæ sint, Mare crescit, cum quo Luna ipsa cocordat, adaugetque
adeo, vt regionem ei finitimam inundet: Petrus Aluerniata Coelestē cau-
sam prospiciens, ex ea sublunarem deducit, dicit em̄ q̄ vt anno hyemem
fieri accidit paruum ob solis elongationem a nobis tempore finito, Sic
magnarum Stellarum circulatione magnam hyemē imbriumque excess-
sum fieri dicit. Cum enim (vt inquit) Saturnus atque Iuppiter coniungū-
tur, & quidem de aerea triangularitate ad aqueam mutati & in signo hu-
mido vt in Piscibus & cum Stellis humidis scilicet cum Venere & Lu-
na, vim maximam in mouendo humida habentibus, Si a marte vel So-
le non impediuntur, imbrium excessum non paruum ominabuntur, quē
Aristoteles magnam hyemem appellat, ea scilicet in regione, cum qua si-
gnum concordauerit, in quo coniunguntur, hætenus de prouincialium
inundationum causis.

secundo
cap. vi.

Sexta suppositio cosmicum atque vniuersale diluuium licet secun-
dis causis non subsit, illis subesse potest virtute dei sic prouidentis, atque
ordinantis.

Cap. XII.

Magna autem quæstio est, an vniuersale ipsum diluuium, quod
Cosmicum appellamus secundarum causarum virtutibus subsit
Anaximander Diogenes, & Anaximanes asserentes mundū fie-
ri corrumpique, dixerunt vniuersalem tellurem aliquādo inun-
datam fuisse ex vniuersali ipso diluuiio, Quam opinionem Euripides &
Plato pbarunt, & Auicenna & Mathematici ex coelestib⁹ causam rima-
ri sunt. Albertus autem ait, comicum diluuium fieri, cū sublunares cau-
sæ omnes simul cum coelestibus, omnibus ad inundationem cōsenserint,
Mathematici hanc partem pbarē enituntur ex eo, quia aliqua particula
ris Cosli vis aquarum effectiua, in aliqua regione particulare diluuium

An vñ di-
luuiū vir-
tutib⁹ se-
cundarum
causarum
subsit.

Primapositionis

Quæ cœli vis diluuium efficiere pōt,

Dīa priā,

Cōis cā,

efficere potest, igitur dupla Cœli vis in duplo aquarum effectiua poterit illud facere in dupla telluris parte. sicque tripla in tripla, quare tota Cœli vis, quæ nihil habet, nisi vt aquas efficiat, poterit in vniuersa tellure illud efficere. Sed quæ sit hæc Cœli vis tota, quæ nihil habet, nisi vt aquas efficiat. Albumasar in libro de magnis eam in cōiunctionib⁹ magnis collocat, cum contingunt in signis aqueis triangularitate ipsa mutata. Ob hanc causam eam Saturni & Iouis cōiunctionem in 14. parte Cancrī, quæ Nocti diluuium præcessit secundum ipm annis. 287. aut vt inquit Haomar, annis. 279. Noctici diluuii sufficientē causam autumat Quā causam Petrus Aluerniata in particulari diluuiio assignauit. Alii vero illam totam causam esse dicunt in Septenariis, vel Senariis Planetarum cōiunctionibus, vtpote cum Saturnus & Iuppiter retrogradi mutata triangularitate coniunguntur in aqueis signis ppe Aquarii hydram Luna in aqueis etiam signis existente, cum aqueis stellis aut cōiuncta, aut figurata, & proprie domina Ascendentis constituta, Hæc em̄ Cœli constitutio nihil aliud habet, nisi vt Aquas efficiat. Propterea tum accidit, In vniuersa terra diluuium euenire dicunt. Vnde Henrice Machliniata Magni Alberti auditor insignis his Comentariis, quæ scripsit in libro Albumasar, de magni(inquit)per Machliniēs es tabulas vltimo exaratas annum diluuium significantis adinueni, & quidem ante annum dominicæ incarnationis. 3382. eo em̄ anno inuenit(inquit)per cōiunctionem Iouis cum Saturno triangularitatis mutationem circa quintū Cancrī gradum iunio mense eiusdem anni, & hoc(vt inquit)iusta ordinatos nonæ Sphæræ motus, ratiōe cuius etiam Navis imago, quæ Noeticam Archā significare poterat, in illius cōiunctionis loco directē erat, Vnde concludit, cōiunctio igitur hæc ob triangularitatis mutationem, quæ ad signa Aquea, & potissimum ad mundi signum scilicet cancrū, non iniuria vniuersale diluuium significare poterat. Præterea idem auctor inquit. Mirabilem autem cōiunctionis modum prope finem septimi mensis adinueni, vbi Saturnus & Iuppiter prope principium quarti Leonis gradus cōiuncti erant, ex quo continuo processerunt, quousque Iuppiter, in nonum Leonis gradum. Saturnus vero in tertium peruenierunt, ibique eorum statio facta erat. Postea vero ambo retrogradati fuerunt, vt Anno sequenti, quo Sol Arietem ingrederetur annis. 3382. ante dominicam incarnationem, per repedationem cōiuncti erāt prope. xxviii. Cancrī gradum, atque paucis postea diebus erat eorum statio, demum dirigi cœperunt. Sicque perpendi per Annum & amplius intra cōiunctiōis terminos illos esse. Hac ratione concludit cōiunctiones similes, quoties contingunt, semper diluuium portēdere. Illud vero cœleste, quod diluuium portendere creditum est ab Astronomis, breuibus Aluerniata collegit in libris Meteororum Cum inquit Cum em̄ Saturnus & Iuppiter de aerea triplicitate in aqueam mutati de nouo coniunguntur in humido signo, vt in Piscibus, & cum ipis aliæ humidæ stellæ consistunt venus scilicet, & Luna, quæ in mouēdo humida potissimum vim habēt, & nec a Sole nec a Marte notabiliter impediuntur, magnum imbrium excessum generāt, quem Aristoteles magnam hyemem appellat, Fauet huic opinioni, quia

aliqua cœli vis accidere potest, quæ vniuersum ad morbos alterare pōt.
 Fuit em̄ aliqua cœli vis aliquando, quæ vniuersalem quendam morbum. De mor-
 effecit, quo totum humanum genus fere occupatum est, veluti Gallicus bo galli-
 morbus, hic em̄ & Reges, & pontifices, & religiosos, & Ciues, & diuites, co.
 & pauperes, & omnes quauis gentes inuasit. Constat autem hunc morbū
 ortum esse ab ea Saturni & martis coniunctione, quæ. 14-96. 6. Ianuarii
 die. iiii. Piscium decano contingebat. Hunc olim etiam in mundo euenisse
 tradunt Anuo mundi. 2436. Hinc em̄ Gallicus morbus, qui nostris tē-
 poribus emerfit vniuersale diluuium esse videtur, & fortasse non minus
 eo, quod sub Noe fuit. Nisi q̄ illud per aquas totum humanum genus ir-
 ruit. Hic morbus ob infinitarum ægritudinum complicationem. Præter
 ea Pestis aliquando vniuersum mundū occupauit: vt illa q̄. M. cccxlviiii
 mense Ianuarii cœpit. Pestis em̄ quam Hyppocrates in Epidimiarum li-
 bro scribit in Thracia, & Palestina euenisse, magna fuit, sed puincialis.
 Illa quoque quā Galenus in cōmento eiusdem libri Romæ accidere scri-
 bit etiā seuissima fuit, sed puincialis. Illa etiā, quæ Romæ accidit t̄pibus
 Gregorii etiā maxia fuit, verū oēs puinciales. Sed q̄ cœpit. M. cccxlviiii,
 fuit Cosmica vniuersum mundū occupans, & seuissima, quia vix gentiū
 quarta ps remāsit, emerfit aut̄ in vniuerso a triū supior̄ cōuentu, s. Satur-
 ni Iouis & Martis, q̄ p̄cessit Anno, M. cccxlvi, xxiiii, die Martii in par-
 te Aquarii, xiiii. Si ergo est aliqua in stellis, q̄ pōt vniuersum mundū ge-
 neratim ad morbum alterare, dari pōt aliqua in stellis vis, q̄ vniuersam
 terrā Aquis pōt occupare, Non em̄ rō v̄r maior in vno, q̄ in altero. Præ-
 terea aliqua cœli vis esse pōt ita alicui genti fauens, vt illa toti mūdo is-
 periret, veluti Romani vniuerso fere iperitarūt, & quidē sola vi cœlesti,
 ergo aliqua cœli vis pōt ita aquis fauere vt vniuersam terrā occupet Cœ-
 pit aut̄ vis hæc Romanor̄ a Saturni & Iouis cōiunctiōe in Capricorno
 contingente Anno a diluuiō, 2006. Hæc em̄ primo Romanor̄ Reges si-
 gnificauit, Ex his opinantur Magni Mathematici facturam Cataclysmi
 subuenisse virtutib⁹ causarū secun darū, Nec ab rōne, Diluuiū em̄ q̄tūvis
 magnū, atque vniuersale, elemētaria res est, Constat aut̄ subesse Stellis oē
 sublunare, atque quicquid elementariū est, Sed cōtra hæc Aristo, argumē-
 tatur lib. Meteoror̄, 11, Ait em̄ siccitates & imbres particulares esse, sicut
 ti & Terræ motus, Nam si diluuiū vniuersale est, fieri non pōt, nisi in vni-
 uersa terra imbriū excessus fiat, At constat nec Solē, nec alterā quīs Stel-
 larum cōstitutionem, equalem vim in vniuersa tellure habere posse, Alio-
 quin omnes effectus a stellis p̄ficiscens, Cum in vna regione contingeret
 in omni euenire videretur, At obseruauimus nos non semel cœli aliquā
 constitutionem nō vniuersaliter Pestem in omni regione fecisse, immo a
 cœli statu vnam patriam vidimus peste fere totam irrutam, Alteram ve-
 ro illæsam abiisse, Vidimus ex cœli statu Italiam bellis agitātā, i Hispa-
 nia vero ac Gallia optauit pacem, Cum igitur non q̄libet Cœli pars oēm
 regionem æqualiter p̄spiciat, fit vt nulla cœli constitutio æqualem in
 vniuersa terra vim habeat, Præterea vniuersale diluuiū fieri non pōt nisi
 nubes supra vniuersam terrā cōgregētur, Constat aut̄ sub torrida zona v̄r
 inter tropicos nubes nūq̄ cōgregari, vt obseruatio docet, Præterea excess

Refutatio
 opinionis

Refuta-
tio rōm.

Qd vñ
diluuium
secundis
causis sub
sit virtute
diuina.

ius imbrium fieri non potest, nisi ab ea regione, in qua fit, absens Sol sit. Sed cum a tota terra ab esse minime possit, semper em̄ alicui regioni præsens est, Fit, vt non sit vniuersale diluuium. Præterea vniuersalis misto- rum generatio fm̄ naturales causas deficere non potest, quæ in contactu trium elementorum fit, Terræ videlicet Aeris & Aquæ, Vt. ii. de genera- tione lib. Aristoteles pbat. Præterea nulla cœli vis æqualiter vniuersam tellurem respicit. Nam siue Cœlum per climata siue per triangularitates differetur, nulla vis cœli esse pōt æqualiter in tota telluræ, non em̄ exten- det se vltra regiones subiectis signis eius triangularitatis, in qua accidit, vel vltra regiones quæ subiiciuntur diametris vel quadrāgulis eius signi in quo ipsa cōtingit vt Ptolemæus inquit. Non ergo potest omnib⁹ ter- ris æqualis esse. Patet ergo ex his vniuersale diluuium secūdis causis sub- esse non posse. Rationes vero, quæ pro Mathematicorum parte inductæ sunt frivola videntur. Prima namque deletur ex eo, quia licet detur alia qua tota vis in producēdo aquas. Illa in vniuersa terra æqualis esse non poterit. Sed solum eas regiones p̄spectabit, quæ signo concordāt, in quo accidit, & eidem diametro, atque quadrāgulis, vt ptolemæus docet. De morbis autem frivola ratio est. Primo, quia nullus fuit adeo vniuersalis quin euaserint homines. Præterea cum morbus per contagionem inficiat ideo postq̄ incipit, vniuersum per contagionem inficere potest. Ad dilu- uium, per contagionem non potest diffundere. Præterea Romanorum imperium vniuersale non fuit, quin multæ gentes euaserint, accidit q̄ i- perium multiplicatur per contagionem Diluuium propter imbrium ex- cessum. Ex his sequitur Cosmicum diluuium supra vniuersam tellurem, scilicet, habitabilem & non habitabile esse mere supernaturale. Non em̄ Sole accedente ad antipodes æquale fit apud nos & illos diluuium. Si- cut nec econtra habent em̄ illi Stellas alias, alias stellarum partitiones, & demū aliam astronomiā. Accedit q̄ si nobis & illis æqualiter fieret, re- gionib⁹ torridæ zonæ subiectis nō fiet æqliter. Immo Aristoteles asserit ad eos, qui torridæ zonæ finitimi sunt, vñ iter tropicos, nūq̄ diluuiū per- uenisse. Vnde & Plato in timæo inducit illos ducere Græcos esse semper pueros, seque semper senes. Quod non ob aliud hoc dicunt, nisi quia ad eos diluuium nūq̄ peruenit. Quare Noeticum diluuium, cum fuerit su- per totam terram, fuit penitus supernaturale. Ex his sequitur q̄ licet vni- uersale diluuium secundis causis per se non sublit, quatenus tales sunt, vt tamen virtute diuina afficiuntur, ipsum illi, subesse, poterit defendi. Nā licet deus diluuium, & omnem rem facere possit sine causis secundis, po- test etiam effectus magnos facere, qui per se secundis causis non subiici- untur, mediantibus illis, quatenus roborantur, atque virtute diuina af- ficiuntur. Hinc deletur prima Aristorelis ratio, quia licet supra vniuer- sam tellurem nulla Stella virtute propria vim æqualem habeat, virtute dei supra id omne potest, vbi Deus vult. Secunda quoque eliditur, quia licet nubes super vniuersam terram congregari non possint virtute Stel- larum per se, virtute tamen dei Stellæ possunt vbique illas congregare. Tertia omnino soluitur, quia excessus imbrium præsentē, & absente So- le vbique fieri potest Si non virtute Stellarum, saltē fiet pro diuinæ vo-

luntatis arbitrio, Quarta demitur, quia mista ex putri materia non generabilia, Fuerunt, & esse potuerunt in Archa pro diuinæ voluntatis arbitrio, Quinta refutatur, quia licet nulla cœli vis vniuersam tellurem propria virtute prospectet pro arbitrio diuinæ voluntatis, potest tantum prospicere, quantum Deus vult. Hactenus de aqueo diluuiio.

Septima suppositio Conflagratio provincialis multiplex, & de causis illius. Capitulum, XIII.

HActenus de diluuiio, nunc de Conflagratione agendum est, & primo de provinciali, Nam illam aliquando fuisse probatum est Aliqui igitur arbitrati sunt virtute cœli ignem sub magna mole de propria Sphæra ad nos descendere posse, & de vniuersa terra regionem aliquam exurere, Nam quemadmodum virtute cœli prohibet nihil, vt aliqua ignis gleba ad aeris regionem descendat, vt ibi corrumpatur, ita prohibet nihil a cœlesti fortiori virtute ignis magnam glebā ad terram vsque descendere & aliquam terre regionem exurere. Erit ergo hæc exustio regionis conflagratio, & hoc pacto virtute cœli eueniēs. Quam positionem in libris Metheororū reprobauimus, Ignis enim naturaliter descendere non potest, nisi ab aliqua frigefactiua constellificatione ipse grauescat Cum vero grauescit, in elementum sibi proximum transit et demum corrumpere Alii conflagrationem eiusmodi ex accensis exhalationibus fieri dixerunt, Hæc enim cum e media aeris regione ad nos pelluntur regionem aliquam aliquando exusserunt, quod conflagrationem appellarunt. Quam positionem reprobauit Aristoteles ex eo, quia istæ flammæ in tanta quantitate congregari non possunt, vt regionem exurāt Accedit quod hæc ex hyppecaumate crasso omnes fiant, quod facile in aerem sibi vicinum cōuertitur, Alii conflagrationem voluerunt esse alicuius regionis exsiccationem, quæ inūdatiōi succedit. Cū enim sit aliquis imbriū excessus in aliq̃ regione in eadē aliquando exsiccatio fiet omnino Quam Peripatetici conflagrationem appellarunt, Huius cām mathematicæ ex Cometarū apparitione euenire dicūt, Vñ & Phaethontē cometē ingentē, ac horridū interpretati sunt & Physici, qui quōdam visus fuit, & eius tpe dixerunt tantam fuisse siccitatem atque Solis ardorem, vt & arbores, & segetes arefactæ fuerint, & propemodū flumina exiccata, Quem validum Solis æstus p̃ conflagrationem a Phaethonte factam, designari dicunt, De fabula vero Phaethontis satis lib. ii, Metamorphoseos loquitur Ouidius, de causis Cometæ Albumasar libro de Magnis asserit Cometem eo anno apparere, quo & trium superiorum coniunctio est, & Mars est anni dominus Præterea inquit Cometā apparere eo anno, quo Mars est anni dñs, siue sit superiorum coniunctio. siue nō sit mō aut p̃ corpus, aut p̃ radios fuerit in aereis, vñ terreis signis, Luna vero in aereo signo male constituta potissimū aut cū Mars ipse eius signi dominator fuerit, quid in anni ipsius principio tenet Iuppiter. Eo vero libro quem de floribus conscripsit Cometem facere Martem dicit, Cum in annis, reuolutionibus aut coniunctus, aut oppositus ipsi Saturno fuerit Potissimū vbi Draconis cauda Saturno fuerit coniuncta, vel

Lib. viii,
dñs, i,

ipsum hostiliter pulsauerit Ptolemæus vero astrorum princeps libro Apotelesmatum, ii, Cometem ab eclypsibus luminarium proficisci arbitrat, Potissimum cum autem Mars, aut Mercurius eclyptici signi dominator fuerit, Quā rem nos obseruauimus anno, M, D, vi, die Augusti, iii, Aristoteles etiam, ii, Meteororū ait Vētos fieri Eclypsium tēpore, qui sunt de Cometarum natura. Præterea aliquando nullovis Cometæ magnus Solis ardor magnaue terra siccitas, ac vredo spectata est que non minus conflagratio dicitur a Peripateticis huius causam assignant Mathematici coniunctionem Saturni & iouis maiorem in signis igneis, cum illi annectatur Mars, & stellæ humidæ nō impedierint Aut eclypsim Solis cum fuerit in Ariete, Hæc de prouinciali cōflagratione.

Octaua suppositio, Vniuersalis ac Cosmica conflagratio secundarū causarum virtutibus non subest, quia deus sine illis eam in vniuerso efficiere potest, disputatur etiam an sit polis, & quæ sit illius causæ,

Cap.

XIII.

Hætenus de prouinciali conflagratione. Nunc Cosmica, & vniuersali agamus. Anaximander Diogenes & Anaximanes arbitrantur Conflagrationem esse exsiccationem vniuersæ telluris, dixerunt vniuersam terram vicissim nunc exsiccari naturali quadā periodo nunc inundari, per vniuersalem quidem Cataclysmum inundari, deinde autem calore Solis, & Stellarum in die magis, ac magis exsiccari, & hoc infinities, quatenus causæ sibi inuicem contrariæ vicissim infinities subcedunt, supposita motus cœli æternitate Thomas vero vir doctissimus in suis Theologicis conflagrationem Cosmicam vniuersalem totius mundi incendium exponit, quid sit cum totus mundus flāmis exurit, Sed de huius causa, non eodem modo omnes arbitrantur, Plato in Timæo huius causam asserit Solis & Stellarum exorbitationem veluti de Phaethonte poetæ fabulantur, Poetæ dixerunt eius causam esse Athlantem, qui cum Axem mictit inferius, conflagrationē vniuersalem tunc efficit. Contra vero, cum axem mictit superius, vniuersalem Cathaclysmum facit Quæ opiniones cum fabulosæ sint, ideo nonnulli dixerunt vniuersalem conflagrationem fieri, cū ignis de Sphæra sua descendit ad vniuersam terram Descendit autem, quando in vniuersa tellure æquali ratione omnia combustibilia æqualia parantur, Paratur aut omnia quæ in vniuersa terra combustibilia sunt, cum maxime ac polentissime exsiccantur. Cum enim sic polenter in vniuersa terra combustibilia parantur, ignis de propria Sphæra pro magna supple descēdēs mox illa inflāmat, & ita vniuersum vrit Alii ignem non descendere asserunt sed cum omnia hui⁹ mundi combustibilia sic exsiccantur, vt combustioni aptissima sit in illis ignem accēdi dicunt, cum radii Solares in aliquo telluris loco congregantur, Veluti accidit fieri i stupa, cū est in concauo ipso speculo, Igne ergo sic accenso, mox omnia combustibilia, q̄ erāt combustioni aptissima, vniuersim in vniuersa tellure comburentur, Albertus vero in libro de proprietatibus elementorum vniuersalem conflagrationem fieri posse in vniuersa tetra non dubitat, Ipsam etiam in

secundarum causarum viribus contineri contendit Nam tunc illam ene-
 nire affirmat, cum sex concurrunt, Primo quidem, cum Sol Iupiter &
 Mars in cancro coniunguntur, Secundo cum horum coniunctio inter
 Cancrī imaginem & cor leonis cadit. Tertio cum omnes illi in inferio-
 ribus partibus suorum orbium fuerint collocati, Quarto cum nō sint
 a frigidis Stellis saturno, s, Venere & Luna impediti. Quinto vt horū
 coniunctio sit Saturno & Ioue coniunctis per mutationem triangulari-
 tatis, Sexto vt stellæ frigidæ sint in supremis suorum orbium cardini-
 bus Cum ergo hæc sex in cœlo concurrunt, vniuersalem conflagrationē
 fieri autumat q̄ quia rarissime fit, veteres huiusmodi cœlestem statū lō-
 gam stellarum exorbitationem appellarunt. Et si queres quo nā pacto
 hoc cœli statu supposito, fiet conflagratio? Albertus non exposuit, Est
 enim questio non parua an per discessum ignis propria Sphæra, an per
 generationem nouorum ignium, an per vniuersalem exsiccationem fi-
 at, Fortasse Albertus dixisset cōflagrationem hanc fieri quatenus prop-
 ter talem cœli statum in vniuersa terra omnia combustibilia ob nimiam
 siccitatem ab illo emissam, polentissime vstioni parantur, Postea Solis
 radiis concurrentibus in loco aliquo, vbi combustibilia paratiora fiet
 ignis generabitur, & sic exustione incipiente, in reliquum exustio profi-
 ciscetur, Veluti cum inflammatio in aliquibus stipulis fit, Facile in om-
 nes alias permigrat Ecce quomodo conflagratio vniuersalis viribus se-
 cundarum causarum subesse potest, vt monet Albertus tantus in Phi-
 losophie naturali, Philosophus Sed pace tati Philosophi dixerim hæc
 eius causa fictum Commentum est cum nec ipse, nec alius obseruauerit
 illam, Nam si ex hac cœli dispositione ipsa vniuersalis conflagratio fie-
 ret, Verum tempus futuræ conflagrationis Astronomis notum esse pos-
 set, quod reprobatur a Sanctis pariter & a Philosophis, Præterea cō-
 cesso ei talem cœli statum aliquādo euenire posse, nunq̄ erit vniuersa
 terræ æq̄lis, vt de p̄cepto Ptolemæi p̄dixim⁹, Præterea polis regiōib⁹, &
 polis finitimis hic cœli stat⁹ qd ageret, nūquid loca exurere posset, vbi
 perpetua sunt gelicidia Hac ratione diuus ille Thomas non minus Phi-
 losophus q̄ Theologus, Conflagrationem illam fieri autumat, Cum om-
 nia quæ sunt in telluris facie exuruntur Exuruntur autem, cum omnes
 causæ cœlestes & sublunares, q̄ ignem in terra efficere possunt, vna simul
 concurrunt, Sed quoniam hæc omnium causarum cōgregatio non na-
 turali cursu fit, ideo sola diuina virtute fieri affirmat vniuersalem terræ
 conflagrationem Quod vero naturalis virtus omnes has causas cōgre-
 gare non possit, Patet illico, quia naturalis virtus agit determinata lo-
 co & tempore, & ratione agendi, Sic vt ergo nulla est causa, quæ natu-
 rale diluuium in vniuersa terra facere possit, ita nulla est naturalis causa
 q̄ vniuersalē conflagrationē faciet, Quare sola virtute diuina vtrūque
 fieri credendum est,

Ex qua Cœli constitutione prouinciale diluuium, æ prouincialem
 conflagrationem secundum probabiliorem Ptolemæi Astronomiam fi-
 eri dicendum est,

Cap,

XV,

Enun, i,

Enun,
xxxiii,

Enun, ix,

Cum ex suppositionibus hisce perspicuum sit nec vniuersale diluui-
um, nec vniuersalem conflagrationem stellis subesse sed solum p-
uincialem, iccirco qui coeli status illa efficiant secundum Ptolemæi
pbabiliorem Astronomium exponamus. Dicamus igitur horū
causam non posse esse aliquorum planetarum coniunctionem de per se,
hoc est circumscripita Eclipsium virtute, Patet ex his, quæ diximus Nā
planetarū coniunctio imbecilla ē habenda, si non fuerit virtute eclipsis
roborata, Veluti actio ducis parua est, nisi virtute regis vigorata fuerit,
Sunt enī Sol & Luna veluti reges, Planetæ vero veluti ministri, vt dixi-
mus, Et libro de nostrarum Calamitatum causis quarto. Si ergo superio-
res planetæ in aqueis signis coniuncti fuerint, & quouis modo ab aliis
stellis, siue fixis, siue planetis, vigorētur, licet aquarum aliquem excessū
facient, nunq̄ tñ talem, ac tantum, vt diluuiū sit dicendū, nisi ab eclypsi-
bus corroborentur, Quārōne fit, vt diluuium nunq̄ futurū esse sit p̄sa-
giendum, nisi primo sit eclipsis excessum imbrium portendens, Postea
vero nondū viribus significationū eclipsis omnino remissis succedat cō-
iunctio superiorum in eo ecliptico signo, ī quo eclipsis p̄fuit, v̄ aliquo
illi configurato, quæ coniunctio vires eclipsis adaugeat, Si enī prioris
eclipsis vires immineret, de diluuiō non esset p̄sagiendum, Patet aut̄
quod hæc regula non est rōni dissona, Cum enī causa vniuersalis, cū par-
ticulari conuenit, effectus, qui ab illis futurus est, pollētior, ac validior
habendus erit, Hanc vero regulā Ptolemæus secundo Apotel, ppulchre
exposuit, & nos in libro nostrarum Cal, secundo Secūda vero regula eo-
dem libro traditur, Nam cum trimestris coniunctio Solis & Lunæ, vel
oppositio excessum imbrium significat, siue eclipticæ sint, siue non ecly-
pticæ, In toto trimestri tempore obseruandæ sunt coniunctiones, ac op-
positiones, tam luminarium, quæ in illo contingūt q̄ cæterarum stellæ
coniunctiones, vel figurationes, Nam si cōuenerint diluuium futurum
esse p̄sagiendum est, licet non tam ingens, q̄ si aliqua luminariū ecly-
psis p̄fuisse, Quam regulam dilucidamus nostro de Cal, Causis, iiii,
Qua ratione fit, vt nunq̄ diluuium p̄sagiendū sit puinciale, ab aliis
stellis, nisi vires luminum supponantur, aut simpliciter configuratorū,
aut eclypsatorum, nec ab ratiōe quidem, Nam (auctore Procuro & Ari-
stotele) causa particularis non agit, subtracta actione causæ primæ. Cum
igitur lumina primariæ causæ sint cæteræ stellæ secundariæ, cæteræ stellæ
profecto agere non poterunt aliquid nec magni, nec parui, nisi actio
ipforum luminum supponatur, Ex his patent regulæ accipiendi causas
particularium conflagrationum: Coniunctio enim stellarum in signis
igneis, paruam in exsiccando promittit efficaciam, nisi a præcedentibus
eclipsibus, ac coniunctionibus vel oppositionibus Solis & Lunæ tri-
menstribus vigoretur, immo & mensuris, Vnde si quis puinciale dilu-
uium p̄sagire cupit, Primo secundū Ptolemæū animaduertat eclipsim,
Secdo vero itra significationē eclipsis tpa aiaduertat trimēstres Solis ac
Lunæ cōiunctiōes, vel oppositiōes, Tertio mēstruas, vltimo si intra hæc
tpa planetarum cōiunctiones enenerint etiā, illæ diligenter erunt ani-
maduertendæ, Nam si in efficiēdo aquas oēs cōuenerint, diluuium fore

Ptolemaeus prædicet. Sin autem disconuenerint, & potiores contrariæ significationis fuerint diluuium tolletur, non autem imber, simili ratione de conflagratione.

Quod diuulgata futuri diluuii prælagitio inconsulta fuerit, multifariam ostenditur.

Cap. XVI.

Quibus hunc in modum inspectis, Patet diuulgatam futuri diluuii prælagitionem inconsultam esse multifariam. Primo quia ex verbis Auctoris, ex quibus illud vulgus accepit innuitur futurum diluuium esse plusq̃ Cosmicum. Cum auctor ille dicat talem pfecto alterationem ex conuentu illo pmitteri qualem pluribus seculis ab historicis aut natu maioribus vix percepimus. Quæ ratio docet vulgatum diluuium fore aut Cosmicum, aut plusq̃ Cosmicum. Nos aut accepimus vniuersale diluuium virtutibus causarum secundarum subesse non posse. Præterea qui sic prælagiunt ex solo illo stellarum conuentu aut hoc dicunt rationibus naturalibus muniti, aut obseruationibus maiorum, Obseruationibus quidem maiorum illud dicere non possunt, cum nunq̃ cōuentus tot stellarum, vt asserit auctor, ab Astronomis aut natu maioribus in tabulis notatus est. Non ergo de illius significatione prælagire poterunt, ratiōibus vero naturalibus minime. Deduximus enim rationibus naturalibus vniuersale diluuium causis secundis minime subesse insuper ex conuentu stellarum non potest diluuium particulare, aut vniuersale haberi, si cum illo fuerit Mars, constat autem in omnibus illius coniunctionibus Martem semper cōsistere, ergo impedit. Præterea si velint diluuium esse provinciale, non declarant regionem, vbi diluuium futurum imminebit, nec ex his, quæ dicunt ipsum declarare poterunt. Præterea de tempore, quo diluuium huiusmodi futurum sit, nihil determinant, nec inter eos esse potest constantia. Nam coniunctio, quæ Noeticum diluuium præcessit, non statim Noeticum diluuium effecit, Sed vel. cclxxxix. vel. cclxxxvii. Post illam. Vnde Albumasar asserit coniunctionem Saturni & iouis, cum ad aqueam triāgularitatem mutatur, effectum non efficere, nisi post sex coniunctiones, quare non nisi post. cxx. annos. Fit ergo vt media Saturni & iouis coniunctio, quæ ad Piscē triāgularitatem mutat temporibus nostris diluuium non promittat, nō ergo verebimur illam. Præterea duæ sunt stellæ, quæ diluuium impediunt vt Magnus Albertus in libro de elementorum proprietatibus inquit, Sol videlicet & mars. Constat autem tam Solem q̃ Martem ipsum in omnibus illis coniunctionibus semper consistere, ergo aut diluuium pœnitus e medio tollent, aut paruum imbrium excessum permittent. Est insuper diuulgata futuri diluuii prognosticatio penitus inconsulta, quia Ptolemaei præcepta non animaduertit. In prælagiendo enim solum stellarum p̃spectat coniunctionem, nec eclypsim præcedentem, nec præcedentem trimensem, nec mensuram coniunctionem cōsiderat. Dictum est autem semper has esse primo animaduertendas. Demum hæc eorum pronuntiatio videtur eo omnino inconsulta q̃ non animaduertent, qualis nam coniunctio sit an partilis longitudine an latitudine, an sola lōgitudine

Plastica, nam cum stellarum coniunctio ipsa Plastica sit, non parum virtutis demere videtur. Quod igitur multifariam diuulgata diluuii prognosticatio inconsulta sit, ex hisce patet.

Diluuntur Astronomica argumenta pro diuulgata futuri diluuii prognosticatione.

Cap. XVII

Cap. ii.

His sic expositis argumenta Astronomica facile diluere possumus quæ libro primo confecimus pro diuulgato illo futuri diluuii commento. Primum quidem, nam licet diluuium sit maximus effectus coniunctio stellarum non est maxima causa, nisi aliqua eclipsi sit corroborata, aut saltem Solis & Lunæ aut coniunctione, aut oppositione, non ergo recte procedunt, qui solum ad stellarum coniunctionem prospectant. Nam siue illa sit in Arietis capite siue triangularitatem permutans, siue duorum siue plurium Planetarum connexus, semper erit debilis nisi aut eclipsi, aut Solis & Lunæ oppositiōe siue coniunctione sit vigorata. Secundum etiā deletur, quia tametsi coniunctiones Planetarum sint generationis atque corruptionis causæ, & nunq̃ tot in simul fuissent, non propter hanc causam maximæ habendæ sunt, nisi luminibus (vt diximus) sint adauctæ. Tertium etiam friuolum est, nam licet sint in aqueis, sunt admodum a Solis ac Martis præsentia impeditæ. Præterea illæ non sunt maximæ habendæ nisi luminum viribus sint resumptæ. Quartum. Mihi videtur esse commenticiū argumentum, supponunt enim Saturni & iouis coniunctionē quæ præcessit in Cancro, causam fuisse diluuii Noetici, quod ego falsum, & commenticiū esse arbitror. Cum enim ante diluuium illud multæ aliæ constellificationes præcesserint, non video causam, cur ipsum magis sittribuendum coniunctioni quæ tot annis præcessit, q̃ aliis multis, quæ post illā fuerunt, præsertim, quum coniunctionum vires sint infirmæ nisi luminibus roborentur. Auctoritas autem eorum qui dicunt coniunctiones Saturni & iouis in signis aqueis significare aquas. Intelligenda est si Marte vel sole non impediuntur. Præterea etiam si viribus luminum sint resumptæ. Vltimum argumentum iam sæpe refutatum est. Non enim coniunctiones stellarum imbrium excessum præmittunt, nisi eclipsibus sint confirmatæ. Ex his licet deducere opinionem vulgatam esse friuolam, nisi aliis argumentis, regulisve ipsam confirmemus.

Interpretatio verborum Authoris Ephemeridis, quam nonnulli dederunt, reprobatur.

Cap. XVIII

Sunt qui verba authoris Ephemeridis interpretantur, asserentes non de diluuiōe, sed de alteratione, ac vniuersali rerum mutatione esse intelligenda. Vnde & ipse author cōuentum illum indubitatam mutationem, variationem, ac alterationem cūctis significare dicit. Vbi constat eum non diluuium, aut conflagrationem explicasse. Fauet huic interpretationi, quod Ptolemæus asserit secundo Apotel. & nos in libro de nostrarum cal. causis primo exposuimus, ait enim cum in his signis fuerit constellificatio, quæ Bicorporea sunt, portendit effectus in his q̃

Enn.
xxiii

ad subiectos, ac reges pertinent, Quæ ratio docet, mutationem illam esse a Regibus illatam erga subiectos. Est enim Piscis Bicornium signum, Unde ex hac coniunctione potius regem fore promittitur, qui vniuersum mundum mutabit, aut legibus, aut institutis, aut vi, aut amore, Qui videntur etiam sacerdotes refringet, sacraque aliqua ex parte reprimet. Huius opinionis fuit Laurentius Bonincontrius Miniaturis eo libro, quem ad regem Ferdinandum primum de re cœlesti conscripsit, cum inquit, At illa quæ nostris iam dū ventura sub annis. Et melior nostræ legis vix pauca refringet, Aspera que nimium sacris, & dura ferēdis & regem dabit innocuum qui terminet orbem. Hanc ergo forte mutationem promittet tot stellarum conuentus. Sed hæc interpretatio nec est ad authoris mentem nec Ptolemæi præcepta seruat. Author enim vniuerso fere orbi climatibus regnis, puinciis, statibus dignitatibus, brutis beluis marinis, cunctisque terræ nascentibus, ex tali conuentione indubitata mutationem promittit. Constat autem nullo nouo rege hanc cunctis fieri posse. Potest enim Rex leges, homines, & demum omnia, quæ hominis sunt, mutare, Sed quo modo Marina bruta, beluas, terræ nascentia permutare possit, non video, nisi nouus propheta futurus esset, qui nutu cuncta mutaret, quod falsum est. Præterea secundo Apotelesmaticus ait cum animalibus accidit constellificatio, quæ magis ad meridiem posita sunt improuiskas aeris fluctuationes portendunt ut nos libro de nostra Cala causis exposuimus. Piscis autem magis ad meridiem declinat, quare conuentus qui in illo futurus est repentinas aeris fluctuationes promittet, Et eodem libro Ptolemæus inquit, in fluminalibus vero, ut in Aquario & piscibus, ad fluminalia quoque ac fontana pertinentibus effectus suos emolietur. Ergo ex signo, in quo conuentus futurus est, In aqueis promittit effectum, Et de reprobatione vulgatæ futuri diluuii prognosticationis hætenus,

Lib. i,
Enun,
xix,
Enun,
xxi,

Eiusdem Augustini, de falsa futuri diluuii prognosticatione,
Liber Tertius,

Quot habenda sunt in consideratione, ad hoc ut aliquas de conuentu illo significationes dicamus, Cap. Primum,
Post hæc igitur si de conuentus illius significationibus aliqua dicere volumus, Oportet primo considerare eclypsim, quæ præerit in Piscibus Anno, M, D, xxiii, Augusti, xxv, horis fere, xv, Conuentus enim qui Anno, M, D, xxiiii, mense Februario futurus est, in eodem eclypsis signo continget, quidem illius significationibus nondum remissis, immo fortasse nondum inchoatis, Secundo loco considerare oportet Trimenstrem Solis ac Lunæ coniunctionem quæ præcedit Solis introitum in primum Capricorni punctum, Anno, M, D, xxiii, die, vi, decembris hora, xv, mi, viii, fere in, xxiiii, fere parte Sagittarii, Sub hac enim trimestri coniunctione coniunctio stellarum, M, D, xxiiii, futura est in Piscibus. Tertio consideranda est coniunctio Solis ac Lunæ, M, D, xxiiii, Ianuarii die, v, horis, viii, & mi, xvii, Sub hac enim continget Saturni & Iouis coniunctio in Piscibus, Ultimo consideranda est Solis & Lunæ cō-

inunctio, M, D, xxiiii, die, iiii, Februarii, hō, ii, m, xlvii, Sub hac em̄ con-
tingent ceteræ stellarum coniunctiones, quæ futuræ sunt i Piscib⁹. Hæc
igitur nisi considerentur, de significatiōibus stellarum quæ in illo signo
coibunt poterimus dicere nihil,

Conuentus tot stellarum futurus Anno, M, D, xxiiii, Februario
mense, nullis aliis stellis inspectis, quid portendat Secundū Pto-
lemæi præcepta, Cap, II,

His igitur suppositis, Primo dicam⁹ quid seorsum, nulli aliis stel-
lis inspectis, Cōuent⁹ stellarū futur⁹ s̄m Ptolemæi decreta decer-
nat Postea quid portēdat omnibus consideratis, quæ necessaria
sunt ad illius considerationem, Sic em̄ q̄tum nobis ex Astrono-
micis futura decernere licet, plene omnē illius conuentus significationē
explicabimus, Dicamus igitur omnem futuri conuentus vim consistere
in Saturni & iouis coniunctione, vt postea libro sequenti his qui Ptole-
mæi præcepta obseruare cupiunt dilucidabitur, Maioribus em̄ coniun-
ctis ceteri Planetæ vt testes potius, q̄ vt primarii authores, habēdi sunt,
Quia ergo Saturnus ac iuppiter in, ix, Piscium graduum coniungūtur
vbi pollentior est iuppiter ipse, Domicilii em̄ & fines habet i illo, Satur-
nus vero nihil, ideo iuxta iouis naturam pronunciare oportet, vt præce-
pit Ptolemæus, Est autem ibi Venus corporaliter constituta, habensque
in eo signo altitudinis iura, ideo de suis effectibus miser non parū, Mars
etiam corpore locum afficit, Ergo significationem mixtam facere opor-
tet, Ab ipsius itaque iouis natura in aere temperatus status decernitur,
Iuppiter em̄ cum dominator est, salubres ventos beneficosque p̄mittit,
Fœcundas quoque pluuias, arboribus ipsis frugibus, ac procreādis fructi-
bus satis genitales denunciat, Cum igitur aer futurus sit tēperatus, Ven-
ti qui fient, remissiores erunt nauigatiōes portēdentur tutæ, ac portuo-
sæ, Fluminūque decursus moderati, quique itra ripas sese contineāt sine
finitimorū agros iacturis, Venus aut, q̄ huic & iurisdicōe, & p̄ntia mi-
scetur, conuentū illum portendere facit pluuias genitales irroratiōes ac
fœcundas, Salutiferos ventos, quietas serenitates, sc̄das nauigationes,
merciū apportatiōes cū securitate & lucro, Aquarū fluuiarū, fontanarū-
que largā hubertatē, Mars qui corpe huic misceat, æstuosum statū decer-
nit, quo fit, vt de humiditate, Veneris multum imminuet Miscet cum si-
gnificationibus Iouis & Veneris, Ventos maximos, plurima tonitrua
fluminumque deiectiones, crebras coruscatiōes fulgura horrida, procel-
losos ac noxios nimbos, Hæc plurib⁹ dieb⁹ ante & post Saturni & iouis
coniunctio perdurare portendit Propter tarditatem eorum qui ad con-
iunctionem mouentur Tarde siquidem separantur, Erunt autem signifi-
cationes hæc vniuersales toti fere Septentrionali terræ quatenus conuen-
tus ille ad meridiem declinat, vt Ptole, inquit,

Quid conuentus ille portendat ratione partis Anni,
in qua contingit, Cap, III,

Si quis aut ad alia considerare voluerit, inueniet parua ex stellis significationem deducta, esse magna, Cum illi pars Anni testatur ut si aestas fuerit, & stellae parua siccitate in aestate portendant, fiet non parua, cum aestas postea venerit, Quia igitur conuentus ille in hyeme contingit qui (ut visum est) aquas portedit, Fit ut pluuiosam hyemem praeter morem decernat Ergo ab anni parte excessum aquarum praesagit,

Quid ratione eclipsidis, quae conuentum illum praecedit, coniunctio praesagiat, Cap. IIII,

Ex propria ergo conuentus futuri natura habemus eum in aquis significationes suas decernere, Insup ex dispositione temporis habemus id decretum augeri non parum, Sed quoniam diximus coniunctiones hasce esse admodum debiles, ac infirmas nisi virtute eclipsidis foveantur, ideo pro illius conuentus decreto eclipsidem lunarem consideremus oportet, quod illud quinquae fere mensibus praecedit, Eclipsidis ergo illa in aqueis videtur significationes suas aliqua ex parte promittere, Est enim in piscium gradu, x, Ideo in fluuiatilibus ac fontanis effectus suos praesagit, ut author est Ptolemaeus. Iuppiter quoque qui in eclipside illa iura principaliter obtinet, fecundas pluuias, ac satis ipsis arboribus frugibusque, ac fructibus precreandis genitales promoustrat Fauet huic significationi Venus, quae partem dominii assumit in eclipside, Haec enim cum aut ex toto, aut aliqua ex parte in eclipside auctoritatem habet, portendit pluuias, ac aquarum fluuiatiliu fontanarumque largam ubertatem, Verum Mars in eclipside magnam dominii partem vendicans Minuit magnam partem significationis, additque tonitrua & coruscationes, propter insitam, quam habet in se, siccitatem Assumpto ergo homini ab eclipside subsidio, Videtur conuentus in aquis significationes suas adhuc augere, Pro mittit aut homini significationes eclipsidis in tribus eius variationibus & in sui principio, & in sui medio, & in sui fine, In omnibus enim significatores sunt iuppiter, Mars & Venus, Quare fit ut ex ipsius eclipsidis emolumento potius incrementum in aquis, quam diminutionem habeamus,

Quid ratione coniunctionum Solis & Lunae portendat conuentus ille stellarum, Cap. V,

Praterea si quis coniunctiones Solis ac Lunae perspiciat, ut Trimestre, quae erit, M. D. xxiii, die, vi, Decembris, horis, xv, mi, viii, ad meridianum Toleti, Non multum in aquis excellentiam reperiet, In illa enim primus dominator iuppiter est, qui aquas fecundas promittit, potissimum cum Lunae & Synodo illa ab ipsa Venere in Iouem ipsum defluat, Saturnus vero, qui partem auctoritatis vendicat, in aere commotiones horridas, turbulentas caligines, ac nebuliones infaustos praedicat, Quare ex huiusmodi coniunctione non multum in aquis exuberantiam deprehendimus Minorem adhuc indicationem nobis facit menstrua Solis ac Lunae coniunctio, quae continget in capricorno, M. D. xxiiii, die, v, Ianuarii, horis, vi, mi, lv. Nam in illa primus dux Mars est, qui multam siccitatem spargit, ideo potius tonitrua, ac fulmina decernit, Verum quia Luna cum exit a Sole, ad Venerem transit, etiam coniunctio illa in aquis non nihil promittit, Coniunctio vero Solis

lic ac Lunæ q̄ in Aquario accidet, M, D, xxiiii, die, iiii, Februarii. ho, i, mi, xxv, in aquis significationes suas molitur, Est em̄ in ea dñator iupiter, Venus vero magnā authoritatem habet Mercurius princeps est, & quidē matutinus. Ergo ex oī parte cōiunctio illa in aquis excessum demonstrat, Quo fit, vt significationes conuentus augeat. ac locupletet, Hæc sunt q̄ sparsim considerata, hoc pacto ad conuentum se habent,

Authoris decretum secundum Ptolemæi præcepta de diluuiō, Ca, VI,

His diligenter p̄spectis, dicamus conuentū illum, stellarū, qui futurus est in piscibus, bifariā cōsiderari posse, Aut vt rōnem habet cū p̄cedentibus lunatiōibus. & hac rōne adaugere videtur p̄cedentes Synodos, Et tunc iuxta hanc rōnem colligendum esse arbitror in Septentrionalibus regionib⁹ oībus generatim hyemem illā in qua cōuētus futurus est, Fore p̄ter modum pluuiosam, Vt ex his, quæ consideramus, Potest qui in Mathematicis parum fuerit iustructus, facile deducere, Sin aut conuentus ille p̄ se cōsideretur, Sin oportet primo locū considerare in quo eius significationes futuræ sunt, t̄ps & quo significationes incipient, & quanto p̄duraturæ sint & genus subiectū, in quo significationes ipsæ suscipiuntur, & qualitatem earum significationum, quas decernit Locus quidem est, regio q̄ Piscibus subicitur, Non em̄ oī loco, omni regioni stellæ p̄mittunt, Sed sc̄dm Ptolemæū his regionib⁹ his regionum Urbibus, q̄ cum Pisce concordant, in quo conuentus futurus est, Regiones aut q̄ Piscibus subiciūtur sunt Lydia. Cilicia. Pamphilia, Phazania, Nasamonia, & Garamantia, In his em̄ aut in istarum regionum aliqua significationes suas p̄mittit, Quod si Ptolemæi p̄cepta obseruare voluerimus, Faciemus a significationibus illius italiam, Galliam. Longobardiam, Siciliam, Apuliam, & quæ Leoni subiciūtur, liberas, Sed si Pauli Alexandrini, Porphyrei, ac Anonymi interpretationes sequemur, Nec vniuersam Hispaniam, nec Galliam Narbonensem nec Etruriam liberas ab illius significationibus faciemus, Secundū em̄ horū interpretationes, stellæ non solū his regionibus significationes suas p̄mittunt, q̄ signo subiciuntur, In quo stellæ sunt, Sed regionibus, q̄ signis subduntur, q̄ sunt eidem Diametra ad quadrangula, De t̄pe, quo illius conuentus significationes apparere incipient, difficultas est, Albus masar asserit coniunctio in aqueis signis erit, post sex coniunctiones euentus illius erunt, Vñ fit, vt anno a conuentu. cxx, effectus eius futuri sint, Quod cōfirmant ex eo, quia cōiunctio q̄ diluuium p̄cessit in Cancro, diluuium fecit Anno a coniunctione, cclxxix, vel, cclxxxvii. Arabs Ptolemæi interpretes in libro centum Enu, inquit, Cum sciueris ascendens anni, & signum coniunctionis aspice quot signa inter illa fuerint, quotve signorū partes, & de cuilibet signo annum, & cuilibet parti sc̄dm p̄portionem. & tunc euentus erit, q̄ vana sunt pollentiorū em̄ causarū nō est sero incipere, sed mox, sero t̄n desinere, Quare cū hæc coniunctio in aereis aqueisque mutationibus, significationes suas portendat, In quibus stellæ mox agunt, ideo conuentus ille, p̄ totam hyemem, & ante & post agere videtur effectus suos pluribus diebus, Genus vero sc̄dm Ptolemæū

Enum,
33,

in quo effectus ipsi suscipiuntur, sunt aquea, & marina fluuialia, & fontana, & marinæ belluæ, & classes, & marinæ vrbes, & loca paludosa, regiones per quas fluuii decurrunt, & id genus, Vñ fit, vt nō ab rōne asserendū fuerit ex cōuentu illo puinciale diluuiū fore contingens, Non tñ ita ingens, vt regionē, & regionis gentes, stirpes, beluasque oēs penitus irruat Nam ipsius Solis ac Martis p̄sentia, nō parū humiditatis demitur, potissimum cū non partilis, sed placica cōiunctio sit ipsorum, Verum quia oēm imbriū excessum Aristoteles græco verbo Cataclysmū appellat, siue ex eo gentes & bruta, & stirpes eliminantur, siue non modo excedat cōem pluuiarū modum, diluuiū dici potest, vt in libris Meteororum satis dilucide exposuimus, Fauet huic rei q̄ non multo ante nos tpe in italia choristica fuerunt diluua huic similia, anno em̄ salutis D, xxv, Illuuius adeo valida fuit. vt humiliora loca cū magna populorum strage submergeret, Præterea anno, D, lxxxvi, diluuiū ingens fuit p̄sertim apud Venetias & Liguriam Cal, Octob, & quidem cū magnis tonitruis, Post quod Romæ pestis maxima secuta est, ob fedidorum serpentum ad littora defluxum, Præterea anno, D, lxxxix, tanta est aquarum vis secuta vt innumerabilis hoīm ac pecudum multitudo perierit, Præterea simile diluuium anno, M, D, iii, obseruauimus factum esse ab ea trium superiorum coniunctione, q̄ fuit in Cancro, vbi hyems præter modum excelluit, periereque nonnulli viri insignes fueruntque complura naufragia, Aquæ quoque nimium creuerunt inundatio tñ regiōis nullibi apparuit, Hæc sunt q̄ mihi dicenda esse videntur de ea futura illuuiōe, q̄ vrbes, & gentes terruit, Nec hæc temere diximus, Si em̄ errauimus decretis Ptolomæi oīm Mathematicorum principis errare visum Nam licet parum, aut nihil Astronomiæ tribuerim, id quod p̄babile existimamus, omne in ptolemæi doctrina firmauimus, Aliis em̄ oībus longe Physicoteræ est, hoc est magis rōnibus naturalibus consona, Cæteræ vero superstitiōes magis sunt, Cum igitur nō potuerim hæc aut nostris, aut aliorū obseruationibus pbare, (Cū hæc lōgis temporē p̄iōdis cōtingāt, quibus nec vnus nec plures hoīes ipsa obseruare sufficiunt, p̄sertim ob cœlestium causarū complicationē, q̄ inter illa tpa accidit nobis satis sit ea pbasse doctissimi Ptolemæi placitis, q̄ si voluerint posteriores aliter dicere, dicāt, Scio em̄ id ipsos dicere nō posse nec eorū, nec p̄decessorū experiētis, sed aut demonio, aut ipetu, aut casu, Quæ cū sint p̄ter artem, nihil ad artificem, qualem arbitramur esse Ptolemæum Mathematicorum principem, Hastenus de diluuiōe,

F I N I S,

¶ Anno domini, M. D. XX, mense Februarii,
Impressum ac vltimo reuissum,



